





*Honourable  
Bible Society  
to's Office.*



## PRÆFATIO.

**U**BICUMQUE, apud varios Europæ populos, Litterarum studia vigent, celeberrimi qui juventutis ingenia & mores excolunt, Magistri Theatra erexere, in quibus discipulorum exercitaretur industria. Inest Theatralibus Musis decor, suæ sunt iis illecebræ, quas si prudens Poëta ad mores informandos traduxerit, is discipulorum vitia eo certius castigabit, quod mentes delectando erudiet.

Senserat illud præ cæteris P. CAROLUS PORE'Æ cujus Tragœdias, olim actas cum omnium Ordinum plausu, nunc typis publicè mandatas politiorum litterarum amatores summâ voluntate exceperunt. Nec minorem esse scimus Fabularum expectationem, quas idem Author pari studio, eodemque successu elaboratas certis anni temporibus alumnis suis agendas præbere consueverat. Cum publicâ in oratione expenderet *fit-ne Theatrum, an esse possit schola moribus informandis*

## P R Æ F A T I O.

*idonea*, apertè professus est quibus velle illud vitiis expurgari, quibus ornari virtutibus. Quod tunc tam verè, quam feliciter pronuntiavit, id in totâ hujus operis serie præstare ipse impensè studuit.

» Quorsùm, inquiebat, amabo vos,  
 » in Galliâ, in Italiâ, in Hispaniâ, in  
 » Germaniâ, & alibi gentium? Tot viri  
 » Academiis litterariis præpositi Theatra  
 » in Gymnasiis erigunt, ubi Juventus Aca-  
 » demica recitandis Tragœdiis vel Comœ-  
 » diis exerceatur? Quo pertinet opero-  
 » forum hominum, & in umbrâ desudan-  
 » tium labor & industria? An id student  
 » unum, ut puerorum fingant vocem ad  
 » suavitatem, gestum ad elegantiam,  
 » incessum ad dignitatem, totum corpo-  
 » ris habitum ad concinnitatem & decen-  
 » tiam? Non aspernantur quidem istum  
 » exercitationis molestæ fructum, cujus  
 » patet usus in totam vitam frequentis-  
 » simus. Sed aliud spectant operæ suæ  
 » pretium pluris æstimabile. Trajiciunt  
 » discipulos ex humili & obscurâ littera-  
 » rum scholâ in scholam Theatri subli-  
 » mem & splendidam, ut juvenes mag-  
 » nas olim in Repub. personas acturi dis-  
 » cant maturè ea spernere vel amare,  
 » quæ in scenâ domesticâ risu vel plausu  
 » excipi viderint. (a)

(a) In oratione de Theatro Tom. III. pag. 143.

## P R Æ F A T I O.

Ut finem hunc optimo moderatore dignissimum assequeretur, nihil unquam omisit Author, quem fuisse omnes fatentur tam ingenio felicem, quam solertem artificio, tam naturæ scientem, quam severioris disciplinæ tenacem, tam limæ & laboris patientem, quam longo rerum usu exercitatum. Qui juvenilibus hisce ludis interesse solebant, non sine jucundo voluptatis sensu meminerunt aptè dispositas in ordinem scenas, ita ut Fabula facili primùm intricata nodo, mox continuato eventorum filo suspensa, prono demùm ac præclivi rerum decursu se spontè expediret. Meminerunt narrationes simplices, quotidiano quasi sermone, sed dilucido, explicatas, quæ auditorem nunc jocosè detinerent, nunc ad lætiora præpararent, nunc vehementissimè commoverent. Meminerunt usurpatum ab optimo Poëtâ dicendi genus, personis quàm maximè accommodatum, sene ut plurimùm & æquabile, puro, ut ita dicam, & limpido fonte dimanans. Meminerunt facetos argutosque sales, qui à scurrilibus jocosè prorsus alieni, ingenuâ venustate & nativâ quâdam festivitate animis arridebant. Meminerunt denique serias gravesque sententias, quæ scitè jocosè elegantibus intertextæ, tan-

## P R Æ F A T I O.

istis iis adjiciebant ponderis & ornamenti, quantum amœnitatis vicissim ab iis recipiebant.

Argumenta selegit morum præceptor sagacissimus, quæ tota ad probam juventutis institutionem facerent. Juvenes ubique repræsentat vel imperitos, ut doceat; vel leves, ut coerceat; vel vitiosos, ut corrigat; vel bene moratos, ut spectatoribus ad exemplum proponat. Atque, ut erat artis Theatralis peritissimus, Argumentum tractare non dubitavit, quod antea jam in Galliâ & in Italiâ usurpatum ab optimis Poëtis fuerat, & eâ tractatum laude, quæ alium quemlibet ab eodem suscipiendo argumento potuisset deterrere. In bonum juventutis Academicæ, laudem eorum æmulatus P. CAROLUS PORÉ, Lusorem periculosas aleæ subeuntem vices, adumbravit eo successu, qui nihil antecessorum gloriæ invidendum relinqueret. Peritos rerum æstimatores non semel dicentes audivimus recentem illum Poëtam iis quæ ad Theatrale artificium pertinent nulli esse secundum.

Huic argumento alia adjunxit, quæ eodem ducta penicillo, iisdem picta coloribus, eâdem quoque luce splendescere visa sunt. Sive enim filium perditè ama-

## P R Æ F A T I O.

tum à Patre , sive alium pessimè domi habitum , sive juvenis otiosi inanes ludos , sive adolescentem in vitium flecti cercum , sive eundem à vitiis revocatum in scenam evocet , ad ornandam illustrandamque scenam simul artem & naturam felici quodam fœdere inter se connexas evocat. Totus est in propulsandis vitiis , rotus in suadendâ honestate , tantâque in id incumbit industriâ , ut multi è Theatrali ejus scholâ reduces , illud ei elogium impertiri non dubitarent , quo Poetam alium insignivit Horatius

*Qui quid sit pulchrum , quid turpe , quid  
utile , quid non  
Pleniùs ac meliùs Chryssippo & Gramore  
dicit (a).*

Nec satis illi fuit alumnos facere in eloquendo disertos , nisi eosdem fecisset in agendo eloquentissimos. Est enim actio quasi corporis quædam eloquentia , ut rectè annotavit oratorum princeps (b). Vallet illa plurimùm in recitandis orationibus , at in agendis personis primas ei nemo non concedit. Vix credibile est quantis curis P. CAROLUS PORÉ infantoc

(a) Horat. lib. 2, Epist. 2.

(b) Cicer. in oratore.



## P R A E F A T I O.

adhuc actores ad perfectissimam dicendi & agendi artem erudiret.

Cum eos plurimis laboribus, pœne dixi sudoribus, in umbratili Palæstra per dies multos exercuisset, prodibant in Theatrum eâ libertate quæ ingenuos adulescentes deceret, quæque procul abesset à Mimorum licentiâ. Rebus ipsis erat par & æqualis actio. Gestus non intense elati, non pueriliter vagi, non molliter fracti, non indecorè fluctuantes, sed sine arte compositi, & ipso naturæ motu artificiosi. Status, incessus, excursio, cervicis inflexio, projectio brachiorum, ipsæ digitorum argutiæ naturam exhibebant, non incultam ac rudem, sed elegantem, sed lepôrum artificem, sed politiorum hominum ingeniis blandientem, & ad ea exhilaranda expeditam.

Ut rebus par erat corporis actio, ita par actioni vocis sonus. Tyrones ac novelli actores assuescebant varios sonorum gradus sive intendendo, sive remittendo, persequi. Videbantur inter se confabulari, condolere, conqueri & ita modis omnibus colludere, ut veros animi sensus expromere, non imitatrices personas agere crederentur: Tantum erat instar in ore, in vultu, in oculis, in toto corporis habitu! Hac arte hilaritatis &



---

## INDEX FABULARUM

*Quae in hoc volumine continentur.*

<b>P</b> æzophilus sive Aleator ,	pag. 4
<i>Pater amore vel odio erga liberos excacatus,</i>	125
<i>Misoponus sive Otiosus ,</i>	207
<i>Liberi in deligendo vite instituto coacti ,</i>	351
<i>Philedonus , sive juvenis voluptarius à li- beriore vitâ revocatus ,</i>	447



---

## ARGUMENTUM.

**J**UVENIS Parentibus orbatus, per etatem juris sui factus, aleæ deditus, arte nullâ sanabilis, amissis paternis opibus, à Patruo exheredatur; & in eo statuitur exemplum adolescentibus, quàm damno sit aleæ cupiditas.

---

## P E R S O N Æ.

PÆZOPHILUS, Aleator.

CHRYSORIVS, Pæzophili Patruus.

CLEOBULUS, Pæzophili cognatus, & amicus.

PARMENO, Pæzophili servus.

ATYCHES, vir nobilis, ludo olim perditus.

PHILOCLES, filius Atychis.

GRYTARIOPOLA, Gemmarum, &c. Mercator.

ASTRAGALUS, Aleator.

MEGACHRYSUS, Civis opulentus.

MISARGYRIDES, Fœenerator.

ACESTES, Sarcinator.

PSEUDOLUS, Astragali servus.

ÆSCHROKERDES, Fœenerator; idemque creditor.

AGRIO, Villicus.

SCENA IN ÆDIBUS CHRYSORII.













**PÆZOPHILUS,**

**P A R.**

Here, utinam te in isto, quod illic adfuit, speculo inspiceres! Ut te vultûs tui poeniteret! Ut ipse te vix agnosceres, adeò marcent genæ, livent oculi!

**PÆZ.**

Etiam hîc resistis?

**P A R.**

Ne vivam nisi tam horridus es, tam luridus, quàm ille bigis alligatus, qui capite inverso circa muros urbis trahebatur in isto opere Flandrico acu picto, quod hujus cubi- culi parietes vestiebat, antequam illud . . .

**PÆZ.**

At credo vis falsus videri? hominum insul- sissime . . .

**P A R.**

Me tam pulchrè macerasti, ut sanè me in- sulsum esse oporteat.

*PÆZ. oculis & gestu servo minitans.*

Ego te . . . nisi abis ocius. . . .

**P A R.**

Quò me vis abire?

**PÆZ.**

In malam crucem.

**P A R.**

In malam crucem? Oh nondum quidem; sed abeo in malam culcitam, quandoquidem monita non audis; & ibi dormiam, dum tu vigilas.



PÆZ.

Depone, quod habes.

PAR. *manum peræ admovens.*

Tantumdem habeo pecuniæ, quantum dedisti . . . omnino nihil.

PÆZ.

Quod tibi debeo mercedis, id aleæ committito.

PAR.

Id jam commissum est, non per me quidem, &amp; amissum. Itaque . . .

PÆZ.

Age: talosingere, &amp; mitte.

PAR.

Ego prior?

PÆZ.

Obsequere.

PAR.

Obsequor. At uni tibi cadet alea. Talos emittit: sexdecim exhibentur puncta. Sexdecim, hoc vince si potes.

PÆZ. *vicissim talos emittit, & puncta exhibentur octodecim.*

Heus vide', numera.

PAR.

Tersena puncta. Here, vicisti; accipe.

PÆZ.

Ut me ludificatur fortuna insolens! quia, quod auferam, nihil est, jam blandiri cœpit.



12 PÆZOPHILUS,

ut fieri solet. At enim si de pecuniâ, si de tur-  
mâ equitum Patruus verba fecerit, quid res-  
ponfi dabo?

PÆZ.

Quod libuerit.

PÆR.

Appropinquat hostis: pavet animus: nam  
hostis ille vivit. Pavorem diffimulemus som-  
no, & dormiendo vigilemus. *Oscitans sedet.*

---

### SCENA III.

CHRYSORIUS, CLEOBULUS,  
PARMENO.

CHRYS.

**A**DEST Pæzophili servus, adest Parme-  
no. Illum interrogabo.

PÆR. *resupinus & pandiculans quasi semi-  
sopitus respondet.*

Quæ . . . quæso vos. Lo . . . loquimini  
demissâ voce.

CHRYS. *vocem intendens.*

Nam quid demissè loquar, ubi clamoribus  
est opus?

PÆR.

Vocem, inquam, deprime, ne mihi servo  
mifero somnum abrumpas.





24 PÆZOPHILUS;

CHRY S.

Dic illum ita implicatum esse ludo, ut explicare se nequeat, vel nolit. Sed veniamus ad rem. Age, Parmeno. Tu aderas heri cum Pæzophilo, pecuniam à Geronte cum petiit mutuatam, & accepit.

P A R.

Aderam præfens, & præfentiffimus;

CHRY S.

Cur autem petiit?

P A R.

Id rogas? quasi verò nescias.

CHRY S.

Bene arguis. Sat scio. Ut luderet nempe.

P A R.

Id cave suspiceris, à quo is abfuit longiffimè.

CHRY S.

Quorfum igitur?

P A R.

Ut equitum turmam emeret, quomodo jufferas.

CHRY S.

Quomodo jufferam? Nunquam hoc juffi modo. Et illam emit?

P A R. *vultu inquieto & anxio.*

He! nondum planè rem tranfegit.

CHRY S.

Quandonam igitur?

DRAMA-COMICUM. 31

P A R.

He! . . . Non satis liquet.

C H R Y S.

Quid ita?

P A R. *dolorem simulans.*

Quia magnum invenimus infortunium.

C H R Y S.

Jam-ne pecuniam aleæ commisit? Dic,  
age, dic, loquere.

P A R.

At noli quæso vociferari, ne, ut mihi, sic  
illi somnum excutias.

C H R Y S.

Vix me contineo quin conclave irrumpam:  
& illum . . .

P A R. *opposito corpore Chrysorium ab ostio re-*  
*movet.*

Ho . . . Ho . . . Ne sævi tantopere.

C L E O B.

Nondum audivisti quid narrare velit Par-  
meno.

C H R Y S.

Jam sentio, jam video, lufit de meo; qui  
ultrâ non poterat de suo.

P A R.

Ludum loqueris. Atqui minimè ludus fuit,  
sed concertatio gravis.

C L E O B.

Quin igitur narrare pergis, quod cœpisti.



P A R.

Vera certè narravi, in prædones incidit,  
 prædonibus præda factus est.

C L E O B.

Hoc cuivis potest accidere, hoc mihi, hoc  
 tibi.

P A R. à parte.

Non item mihi: nam . . .

C H R Y S.

Omitte, Cleobule, factum excusare pessimum,  
 id neque postulat quæ tibi cum illo intercedit  
 amicitia, neque cognatio.

C L E O B.

Si quid malè gessit, nolim excusare quidem,  
 sed neque accusare velim, si quid fortunâ &  
 casu accidit.

P A R.

Optimè tu, nam solo fortunæ crimine est  
 miser.

*CHRYS. sedens, stante ad dexteram Cleobulo:*

Heu me infortunatum patrem, & infelicem  
 patrum. Pater fui; gnatus mihi obigit  
 unicus, unice dilectus; pravis sodalitatibus  
 sese applicuit; frustra revocavi. Voluptatibus  
 se dedit, animi & corporis vires miserè affi-  
 xit, brevi occidit, ætate fermè puer, jam  
 flagitiis senex. O nate! . . . iustis da veniam  
 lacrymis. . . Illo extincto in filium fratris  
 demortui amorem totum transtuli meum,



hausta ludo crumena deficit ; qui me quotidie sollicitat , angit , & curis cruciat amarissimis ; qui modò pecuniam meo sumptam nomine profudit. . . .

P A R.

At ego nunquam dixi profusam ab illo pecuniam.

CHRYS. *surgit , manu Parmenoni minitans.*  
Id etiam negas , mendaciorum artifex ?

S C E N A I V.

PÆZOPHILUS , CHRYSORIUS ,  
CLEOBULUS , PARMENO.

PÆZ. *egrediens è conclavi ut ad pedes patrùs accidat.*

Id frustra neget , quod ego apertè confiteor ; en me reum fatentem sisto.

\* C H R Y S.

Quid ais , Parmeno ?

P A R.

Nihil : neque. . . .

PÆZ.

An te iussi mendacia instituire , perfide ?

P A R. *citò recedens.*

Vah ! si me unquam tuâ causâ mendacem argueris , occidito.

## S C E N A V.

PÆZOPHILUS, CHRYSORIUS,  
CLEOBULUS.

PÆZ.

**N**ON ego culpam verbis excusatum venio. Sola pro me causam apud te tua ipsius agat clementia, patruæ omnium qui usquam sunt, vel unquam fuerunt, clementissime. Neque supplicium quod merui deprecor; en tuis pedibus advolutum vides. *Ad pedes patruæ accidit.* Age, plecte, pœnam exige.

CLEOB.

Ista te moveat tam aperta delicti confessio.

CHRYS.

Surge, pœnas forsitan postea exigam & quidem meritis pares. Nunc in præsentia si quam admisisti culpam, probè noveris, mihi pœnarum dederis satis. Eloquere, quid est quod pecuniam à Geronte, homine mihi amico, sed minimè cauto, & nimis credulo, poposceris mutuam & sumpsieris?

PÆZ.

Causa pœscendi iusta fuit; emenda erat equitum turma. Id facillè & opportunè ut fieret, pecuniâ præsentè fuit opus: nec habui, nec dabas.









PÆZ.

Quovis loco decet.

CHRYS.

Jam rei bellicæ administram conveni, jam equitum magistrum adivi, nunc turmæ præfectum adibo, cum illo paciscar, & argentum ipsi de meo numeratum dabo.

PÆZ.

Te-ne, patruæ, adeò clementem, adeò beneficum, liberalem, prodigum? ut. . . .

CHRYS.

Dum te à damnosâ libidine redimam, quolibet pretio bene redemptum putem.

PÆZ.

Quas tibi pro tali beneficio persolvam gratias?

CHRYS.

Beneficio rectè utere; hoc unum à te gratiæ animi pignus volo.

PÆZ. *manum Chryserii osculans.*

O patruæ! Quàm merito tuo amo te!



SCENA

SCENA VI.

PÆZOPHILUS, CLEOBULUS.

CLEOB.

QUÆ repentina morum animique conversio, Pæzophile?

PÆZ.

Illam miraris, Cleobule?

CLEOB.

Admodum.

PÆZ.

Et ego pariter miror. Sed multa sunt, quæ antequam fiant, fieri posse negaveris.

CLEOB.

Quamdiu est, ex quo te isto prope infanabili morbo purgatum volui! Quàm te sanatum gaudeo! Magno quidem pretio tibi confitit salus; at dum convalueris, tanti est.

PÆZ.

Oh! convalui. Imo ex ægro jam fio medicus: si quem videris eadem tentatum ludendi cupidine, illum deduc ad me, ipsum dictis salubribus probè curatum dabo.

CLEOB.

Quin imò, si quem videro eadem contactum lue, illum à te abducam procul.

C

PÆZ.

Quid ita?

CLEOB.

Quia morbis animi ( si suaves sint , vel fuerint ) qui medetur , periculosam is medicinam facit ; quia omnis cum pestiferis consuetudo pestifera est , maximè viris antea peste afflatis.

PÆZ.

Erras , Cleobule , erras ; venenum ipso vires amittit usu. Ego sum Mithridates alter ; nullum jam mihi virus nocere potest.

CLEOB.

Venena tamen fuge ; & , quod facere solent , qui ex morbo convaluerunt , cibos assume cum delectu , qui sapiant pariter , & nutriant. Unum aliquod vel multiplex studii & exercitii genus elige , quo te oblectes , dum te bellicus exerceat labor.

PÆZ.

Nam quo me studio delectari velis ?

CLEOB.

Vis unà mecum audire concentus musicos ? Privatas in ædes conveniemus , aderunt amici , alii cantûs , alii fidium periti.

PÆZ.

Omitte. Non placet symphonia , non sapit auribus iste vocum , fidium , ima , summa , media simul canentium strepitus. Ista voca-

**DRAMA-COMICUM.**

bulorum modò lentè , modò præcipitanter ,  
sæpe promiscuè occurrentium, recurrentium,  
concurrentium collisio.

C L E O B.

Atqui tamen sapit multis.

P Æ Z.

Non mihi.

C L E O B.

Vis urbaniorum hominum festivis interesse  
circulis & confabulationibus?

P Æ Z.

Apage inficeta illa otioforum hominum  
ineptias conferentium colloquia ; illas confa-  
bulationes tædii & oscitationis plenas : isthæc  
sane mulierculis & *Marchionibus* nostris oblec-  
tamenta suade , non viris. . . .

C L E O B.

Quod viros delectat , suadeo. Placet villas  
& domos elegantiores in suburbiis positas  
ambulando , equitando invisere ? famem &  
sitim eundo colligere , utramque cibo levare  
modico quidem , sed jucundo , quia foris ,  
quia fortuito , quia raptim & quasi furtim  
sumpto vel oblato.

P Æ Z.

Nam quid ego quæram extra urbem ædium  
elegantiam , cum ipsa urbs passim offerat ?  
quid comestationes foris expetam , cum pos-  
sim habere domi ? quid famem & sitim cur-

rendo elaborem mihi, cum utramque vel se-  
denti natura objiciat?

CLEOB.

Neque placebit venatio?

PÆZ.

Nempe surgam bene mane, toto discur-  
ram die, totus sudore diffuam, luto consper-  
gar aut pulvere, ut quadrupedes ego bipes  
consequar; he! si palato arridet ferina caro,  
ematur argento, non labore infinito compa-  
retur.

CLEOB.

Pæzophile?

PÆZ.

Quid est?

CLEOB.

Amice!

PÆZ.

Quid me respicis?

CLEOB.

Intuere me.

PÆZ.

Intueor.

CLEOB. *leniter Pæzophilum palpans.*  
Mihî crede, nondum convaluisti bene.

PÆZ.

Illud verè undenam arguis?

CLEOB.

Stomachus omnes qui respuit cibos, etiam  
humore vitioso est gravis.

PÆZ.

Tu me amorem aleæ nondum abjecisse  
censes?

CLEOB.

Censeo.

PÆZ.

Ego me procelloso, toties naufragus, ite-  
rum credam mari?

CLEOB.

Id prorsus metuo.

PÆZ.

Cleobule, ne metue. Aleam tam odi ma-  
lè, quàm amavi perditè; atque ut ipsi aperta  
profitear odia, juvat in aleatores satyram  
scribere.

CLEOB.

Tu in aleatores scribes satyram?

PÆZ.

Maximè. Illorum vitia novi omnia;

CLEOB.

Multa te docuit usus.

PÆZ.

Verficulos olim scriptitavi non inficetos.

CLEOB.

Scio.

PÆZ.

Vel si natura neget, faciet indignatio ver-  
sum.





SCENA VIII.

PÆZOPHILUS, MISARGYRIDES.

M I S.

**H**ODIE bis ad te venio. Jamne licet al-  
loqui ?

P Æ Z.

Licet.

M I S.

Tibi salutem offert familiæ tuæ addictus ;  
parenti olim tuo amicissimus Misargyrides.

P Æ Z.

A Misargyride quamvis mihi nondum an-  
teâ viso vel cognito salutem libenter accipio.

M I S.

Non me nosti ? non vidisti ? quem heri al-  
locutus es, à quo in tuâ clade nocturnâ opem  
poposcisti ; illic . . . apud . . . hem . . . non  
meministi ?

P Æ Z.

Ita mente captus eram & oculis, ut quos,  
vel quâ de re alloquerer, non satis respice-  
rem.

M I S.

Dolui sane, & doleo te istâ tam liberali  
facie, tam bonis & ingenuis moribus, tam  
adversâ uti fortunâ.

PÆZ.

Humaniter facis, aliena qui doleas infortunia; sed in eam deveni calamitatem, unde non possim emergere; eo sum natus subfydere, cui cum bonâ fortunâ nihil congruat.

MIS.

*Sapiens dominabitur astris.* Tu fortè arbitrio fortunæ permittis omnia; tu illam arte non regis.

PÆZ.

Fortunæ permitto, quæ fortunæ sunt; neque ibi artem adhibeo, ubi artis usus non est.

MIS.

Est quædam ratio componendi talos & mittendi aptè . . . solerter . . . industriè . . . là . . .

PÆZ.

Uno verbo fraudulenter. At ego falli possum, nequeo fallere; & malim perire alterius fraude, quàm meo quisquam pereat dolo.

MIS.

Næ tu istâ probitate tuâ dignus es, quem fecisse miserum fortunam pœniteat; neque tanta virtus potest non esse felix aliquando.

PÆZ.

Si felix esse possem, jam fuissim. Sed virtute nullâ fortunæ pertinacia vincitur.

MIS.

Vincitur constantiâ. Multos aded vidi,

quos illa miseriis diu conflictatos respexerit tandem & ad ima detrusos, repente præter spem, ad summa provexerit.

PÆZ.

Vidisti multos?

MIS.

Imò plurimos, & vita si superabit mihi, plures videbo. Hoc usu quotidiano venit. Hoc juveni optimo heri accidit, qui beneficio utebatur meo.

PÆZ. *à parte.*

O si me fortuna isti addat numero! sed nolit perfida. . .

MIS. *abire se simulans.*

Sentio me tibi gravem ac molestum advenisse. Itaque . . .

PÆZ.

Mane tantisper. *A parte.* Quid si aleam experiar vel semel? . . . semel dico. Nam illi ultra me dedere, neque lubet, neque licet. At si semel . . . si tantum semel, ne fortuna videar deesse, adesse illa si velit.

MIS.

Valere te, Pæzophile. . .

PÆZ.

Manedum, obsecro. *A parte.* Quàm me fortuna citò perdidit, perditum recreare tam citò potest.

M I S.

Aliò me res vocant. Neque . . .

P Æ Z.

Resiste paululum. *A parte*, si fortuna mihi  
faveat, ædes & prædia, quæ ignare patris  
vendidi, fortè recepero. Si recipiam, ab ejus  
iracundiâ metuam nihil. Tum bene aleas di-  
cam æternum vale; tum aleatoria deponam  
arma victor, uti decet, non victus, quod  
dolet.

M I S.

Tibi melius esse cupio, vale.

P Æ Z.

Expecta, quæso. Mene vis &amp; potes juvare?

M I S.

Possum per amicos, &amp;, si voles, volo.

P Æ Z.

Sed ne me juvando jugules.

M I S.

Non me nosti, fat scio. Neque is ego sum,  
qui ex alienis ærumnis lucrum velim facere:  
neque tu is es, qui ex alienis opibus debeas  
dammum pati. . . Tu per ætatem jam in tu-  
telam venisti tuam, nonne?

P Æ Z.

Mei sum juris. *A parte*, & alieni æris.

M I S.

Isti debetur ætati reverentia. . . Tu Chry-  
sorii hæres proximus?



M I S.

Facis contumeliam ; neque ego. . .

PÆZ.

Intelligo quid peccaverim. Verbo sum lapsus ; de amicis tuis dictum oportuit. Age, isti amici quinam sunt, ubi sunt? . . . prodeant.

M I S.

Illos cave sic natos, vel institutos putes, quomodò amicorum vulgus, qui beneficia jactantiùs prædicant. Id student isti maximè benefaciendo, ut lateant. Proinde, tibi si bene fieri velis, sequere me tacitè ; & , quà deducam, veni.

## S C E N A I X.

PÆZOPHILUS, MISARGYRIDES,  
PARMENO.

P A R. à parte.

Q U I D isthic agit cum hero meo iste Mi, Mi, Misargyrides? è scœnatorum grege recoctum aliquem suspicor.

PÆZ. *post brevem deliberationem.*

Jacienda est alea: properemus.

P A R.

Here.







# ACTUS II.

---

## SCENA PRIMA.

PÆZOPHILUS.

PÆZ. *Theatrum ingreditur peras excutiens ut tinnientis argenti sonus audiatur.*

O Bona! ô felix! ô suavis alea! heus Parmeno! . . . nullusne creditorum sequitur? Parmeno! . . . si me nummatum scient, protinus omnes advolabunt . . . Parmeno!

---

## SCENA II.

PÆZOPHILUS, PARMENO.

PÆR. *respondet in postscenio quasi de repente à somno excitatus.*

QUIs me vocat?

PÆZ.

Ubi delitescis, mastigia?

PÆR. *oculos sopore gravatos manu perfricans.*  
Adsum.

PÆZ.

Excuba vigil ad fores, & omnes quotquot pecuniam petent, à limine sedulus amove. Audis? *servum vellicando expergeficit.*

PARR.

Ahy! audio & sentio. Vigilabo, & vigilare quidem malim, quàm his illepidis per somnum turbari somniis.

PÆZ.

Quid ais lepidum caput?

PARR.

Aio objectum esse mihi modò somnium minimè lepidum, quia vidi te . . .

PÆZ.

Quia vidisti me, illepidum fuit somnium, scilicet?

PARR.

Quia vidi te aleâ perditum, ære alieno oppressum, bonis exhaustum omnibus, alienâ vix vitam tolerare misericordiâ.

PÆZ.

Somnia, Parmeno, somnia.

PARR.

Sua somniis aliquando constat fides.

PÆZ.

Somnia, inquam, mera. Vicimus: fortuna jam nostra est. Vicimus hem . . . audi, *cru-menam excutiens ex argento tinniente sonos exprimit.*



SCENA III.

PARMENO, ACESTES, GRYTARIO  
POLA, ÆSCHROKERDES.

ACESTES.

**P**ÆZOPHILUS est-ne intus?

G R Y T.

Pæzophili an datur alloquendi copia?

Æ S C H R.

Pæzophilo, præter salutem, aliquid dictum  
velim.

P A R.

Pæzophilus, Pæzophili, Pæzophilo: At  
omnes huc, opinor, de compacto confluitis.

ACESTES.

Pæzophilum aiunt meditari castra.

P A R.

Quid tum?

ACESTES.

Antequam se det in viam, volui...

G R Y T.

Velim ego....

Æ S C H R.

Volo...

P A R.

Quid velitis scio. Ipse vobis abunde fieri

D



**PIZOPHILUS,**

Invenit res. Haec mihi dedit patri-  
am. Et exco negotium suo. At nois.  
quod, ut dicitur, sed aliter ab altero

**ACESTES**

Quod si non dicitur per negotia no-

**PAT.**

Et non est hoc rectis, Aeste, pri-  
mo. Vos parvulus.

---

**SCENA IV.**

**ACTUS. ACESTES**

Procedit in terra Persarum, & sedes

Cum dicitur. Videmus reatum no-

Et non est hoc rectis. Aeste, pri-

mo. Vos parvulus.

Et non est hoc rectis. Aeste, pri-









isto fago vel potius sacco sexaginta nummos petis?

A C E S T E S.

Sagum appellas? adstringe globulos. Vide quàm, (*Parmenonis veste. n. concinnè accommodat*) aptum fit ad staturam, quàm habile! quàm graphicè te deceat.

P A R.

Non ista industriæ tuæ laus est, sed hujus staturæ elegantis, concinnæ & ad dignitatem appositæ. *Incedit sese eleganter circumspiciens.*

A C E S T E S.

Statura quidem elegans & gracilis; sed ipsa vestis ad elegantiam corporis exacta.

P A R.

Ut palpat molliter! . . . Nolo tibi litem movere, Aceste. Huc denique summa summorum redit. *Bis mille septuaginta novem libræ, sex asses, novem denarii Francici.* Nihilne subducendum?

A C E S T E S.

Ne teruntius quidem.

P A R.

Quoniam ita constant rationes, nihil recabitur (*scribit in tergo chartæ lusoriae, quæ unius Regis effigie insignitur*) *Acesta debentur bis mille septuaginta novem libræ, sex asses, novem denarii Francici. Abi.*

A C E S T E S.

Quam tu mihi chartam offers?

P A R.

Chartam regiam & Cæsaream. Respice.

A C E S T E S.

At pecuniam volo.

P A R.

Vis pecuniam?

A C E S T E S.

Maximè.

P A R.

Bene te novit Pæzophilus, qui te pecuniæ avidum dixit non semel.

A C E S T E S.

Bonâ illius veniâ dixerim; est ille quàm ego lucri cupidior, qui diu noctuque aleæ periculum facit, qui ludit. . .

P A R.

Ludit animi causâ.

A C E S T E S.

Scilicet . . . mihi crede, nisi propositum esset lucrum istis aleatoribus, temperarent ludo, vel potius abstinerent. Ego pecuniam arte quæro & labore, ut vivam, illi sorte & sæpe fraude, ut abundant.

P A R. à parte.

Apud nos quidem nihil redundat.

ACESTES.

Quòd mihi si notus bene fuisset Pæzophilus, nunquam illi dedissem operam.

PAR.

Noli stomachari, Aceste, vis pecuniam? dabitur.

ACESTES.

Detur modò.

PAR.

Modo! modo! an ignoras tritum illud adagium: Nemo dat quod non habet.

ACESTES.

Quæraturn certè.

PAR.

Quæretur.

ACESTES.

Et inveniatur.

PAR.

Invenietur. Brevi militatum ibimus. Cum hoste configemus. Illum castris exuemus. Capsam nummariam excipiemus. Argenti & auri multum auferemus; inde tibi certa comparabitur pecunia & computabitur. Vale.

ACESTES.

At. . . .

PAR. *Acesten versùs januam deducit.*  
At nihil certius.







G R Y T.

Non video.

P A R.

Vide. Annon Respublica rei privatæ anteponi debet ?

G R Y T.

Fateor.

P A R.

Qui militiæ dat operam, nonne dat operam Reipublicæ ?

G R Y T.

Neque istud nego.

P A R.

Opera militiæ an dari potest sine armis, sine equis, sine vestibus, aliisque id genus instrumentis prope innumeris ?

G R Y T.

Haud equidem puto.

P A R.

An ista militiæ instrumenta comparari queunt sine pecuniâ ?

G R Y T.

Expecto quorsum evadas.

P A R.

Jam illuc perveni. Ergo jus postulat pecuniam primùm concedi militiæ, hoc est Reipub. postremò creditoribus.

G R Y T.

At si totam Reipublicæ conceditis pecu-





32 PÆZOPHILUS;

P A R.

Interea bene sperabis.

G R Y T.

Atqui vivendum est.

P A R.

Qui sperat, nonne vivit?

G R Y T.

Verum. . .

P A R. *Grytariopolam violenter foras trudit.*

Verum . . . averte vultum & ne respectes.

Ingredere, Æschrokerde.

---

## S C E N A V I.

P A R M E N O , Æ S C H R O K E R D E S ;

P A R.

Q U A M habes hîc chartam in manibus ?

Æ S C H R.

Syngrapham à Pæzophilo datam.

P A R.

Illam cedo . . . Atenim ut aduncos habes  
digitos ! quonam tibi morbo laborat manus ?

Æ S C H R.

Nullò,

P A R.

Nullo. Aliquis certè morbus articulos ad-  
duxit tibi. Vide'n ?

Æ S C H R.

Sic natus sum.

P A R.

Natura fanè in te provida maturè fuit; sed  
illam credo adjuvit usus. Legamus . . . *Profs-  
teor me ab Æschrokerde libras accepisse ter mille  
Francicas. Libras ter mille!*

Æ S C H R.

Omniño. Pæzophili manum agnosce.

P A R.

Agnosco . . . Ah memini, memini; num-  
mos dederas ducentos cum nescio quibus  
quisquiliis; herus scripsit trecentos. Rediisti  
paulò post cum syngrophâ, libras scripsit  
mille. Rediisti sæpius, & eò tandem res rediit,  
ut mille nummos debeat . . . hon . . . non  
petis pecuniam, Æschrokerde.

Æ S C H R.

Non admodum; neque sum tam durus, ut.

P A R.

Expectabis facilè.

Æ S C H R.

Jam expectavi, & , si lubet, expectabo.

P A R.

Credo equidem. Nam tibi lucrum est in  
morâ,

ÆSCHER.

Illam possim modò exigere pecuniam ; & mutuam dare mercatoribus , qui in Indias proficiscuntur.

PAR.

Nunquam facies ; scis nullam esse totâ in Americâ fodinam , unde tantum haurias , quantum ex hac domo.

ÆSCHER.

At metuo ne exhauriatur.

PAR.

Illam quidem fodiunt multi , & confodiunt ; at supplebitur.

ÆSCHER.

Unde.

PAR.

Quæris ? ex militiâ. Per æstiva quæremus gloriam ; post verò ex militum & equorum supplemento quæremus pecuniam. Filios familias conscribemus plurimos. Illos parvo ememus. Magno parentes rediment. Hinc adeò lucrum ingens & certum.

ÆSCHER.

Quid si per æstiva Pæzophilus mortem obierit ?

PAR.

Habes domi pignora , quæ nuper accepisti ; vasa ænea & affabrè facta.

ÆSCHER.

Malim argentum, quàm istud æs fusile.

PARR. *leniter palpans Æschroerden.*

Qui ex papyro tantum auri confecisti, ex ære argentum conficies facilè. *Reddit Syngropham.*

ÆSCHER.

Syngropham hanc referam proximâ die, ut addatur literula.

PARR.

Addam si vis tres literas quæ tuum cognomen efficiant: à parte. Nam tu es homo trium literarum.

ÆSCHER.

Hâc in re operâ nihil opus est tuâ. Ego: tibi volo . . . bene esse. . . *fingit se velle aliquid dare Parmenoni, sed nihil, præter sudarium, è perâ extrahit, servumque ludificat.* Vale Parmeno, servorum optime.

PARR.

Vale, Æschroerde, fœneratorum turpissimè, juvenum pernicies, populi fraus, omnium quantum est, qui vivunt, hominum homo omni supplicio dignissime.

Nemone est, qui pecuniam flagitet præterea? Tres jam absolvi creditores sine pecuniâ. Quartum video, mihi ignotum quidem, sed herus tot comparat quotidie, ut jam neque quid debeamus, neque quibus certò sciamus.

E iij



ATYCHES.

Laudo mores domini probos. Ipsum, nisi forte molestum est, paucis velim.

P A R.

Illum monebo. Tu nomen edoce.

ATYCHES.

Nihil opus est meum resciat nomen. Ipsi me indicabo satis.

## SCENA VIII.

ATYCHES, PHILOCLES.

ATYCHES.

SUCCEDERE, Philocles, ingredi.

P H I L.

Ah! quàm laxæ sunt ædes istæ, pater! quantum ab iis discrepat exigua, quam incolimus, casa!

ATYCHES.

Sat bene habitat, nate, qui cum virtute habitat. *A parte*, heu! ædem hâc ampliozem incolere debuit infelix adolescens.

P H I L.

Si bene memini, tu quoque hâc in urbe vixisti diu: quâ in regione urbis posita tibi domus fuit? ubinam illa est, pater?

Ex quo discessi, magna, uti dominorum, sic domorum facta mutatio est, nate. *A parte.* Mene domum avitam potuisse tradere in alienas manus!

P H I L.

Ex te, pater, audivi sæpius viros in aulâ degere nostri generis plurimos, an illos invises brevi?

A T Y C H E S.

Nunc equidem haud vacat. *A parte:* an meum illi ferant conspectum? illorum ipse an conspectum feram? ... En, credo, Pæzophilus. Compone te ad reverentiam, nate.

## S C E N A I X.

PÆZOPHILUS, ATYCHES,  
PHILOCLES.

P Æ Z.

**T**U is es, qui me vocari jubes?

A T Y C H E S.

Ignotus ignotum peto. Illum quæro, quem de turmâ equitum emendâ cum Neoptolemo egisse ferunt.

P Æ Z.

Illum ipsum vides.

ATYCHES.

Beneficium primo aditu , congressu primo qui petit , rem insolentem facit ; sed multa præter morem qui cogitur pati , aliquid contra morem facere potest. Me supplicem vides. . .

PÆZ.

Quin potius impera , si quid velis.

ATYCHES.

Nate , gressum tantisper amove. *Philocles secedit.*

## SCENA X.

PÆZOPHILUS, ATYCHES.

ATYCHES.

**S**UPPLICEM vides , qui potuit olim videre supplices. Durum est fateri , fatebor tamen , dives fui. In urbe , in aulâ nomen gefsi : nunc ruri obscurus , ignotus vitam traho. . . Ah ! . .

PÆZ.

Doleo quòd in te fortuna posuerit levitatis exemplum suæ. Sed qui fortunæ culpâ miser est , non suâ , hic miseriz parte levatur maximâ.









SCENA XI.

PÆZOPHILUS, ATYCHES,  
PHILOCLES.

ATYCHES.

**A**CCEDERE, nate, illi salutem impertire;  
per quem unum, si qua usquam superest,  
tibi adveniet salus.

PHIL.

Salvere te, qui miseris opem ferre vis &  
potes, semperque felicem esse cupio.

PÆZ.

Te, adolescens candide, parenti optimo  
similem volo.

ATYCHES.

Meliora, quæso, loquere, exempla potius  
sectetur tua.

PÆZ. *gestu officiosam Atychis laudem abnuens.*

Ah! inest vultu ingenuum quiddam, & ur-  
banum.

ATYCHES.

Qui rure semper vixit, haud sanè multum  
habere moris urbani potest.

PÆZ.

Qui te parentem & magistrum habuit, de-  
buit mores induere ruri minimè rusticos.



ATYCHES.

Olim decuerit; nunc verò haud quaquam licet. Contractis rebus, vota contrahimus simul. Voluntarios inter equites illum admittas precor; hoc unum erit satis, hoc unum oro.

PÆZ.

Iniqua postcis, quia minora petis. Illum certè subcenturionis munere in castris fungi par est.

ATYCHES.

Par quidem sit, nisi faciendis esset impar sumptibus. Quàm simplici cultu sit ornatus vides. Hunc tamen ut pararem aliis rebus parcendum malignè fuit. Satis itaque, dum meliora superi sinant, satis mihi & illi fuerit, si tuos inter equites tertium à te obtineat locum. Felix, vel dum egebit multis, illum si benigno interdum respicias lumine.

PÆZ.

Illum habebò quo numero decet, & loco.

ATYCHES.

Magistrum, ducem, patronum, nate; respice, venerare, ama, & si potes, imitare.

PHIL.

Illi me discipulum, militem, clientem, spontè ac lætus offero.

PÆZ.

Te mihi commilitonem, te in castris convivorem, te laborum & gloriæ comitem accipio lubens.

F







## SCENA XIII.

PARMENO, PÆZOPHILUS.

P A R.

**H**ERE, creditores abegi omnes & abunde feci omnibus. Tu modò solve mercedem mihi, & absolve te.

P Æ Z.

Te miror, &amp; amo Parmeno.

P A R.

Et meritò quidem.

P Æ Z.

Miror quânam arte hominibus pecuniâ cupidis sine pecuniâ feceris satis.

P A R.

Nihil facilius. Huic ex prædâ bellicâ, illi ex statione hybernâ, tertio demum ex supplemento militum pecuniam certam certò promisi.

P Æ Z.

Quid si quartus advenisset creditor?

P A R.

Quartum reperissem aliquid, & obtruffissem. An mihi effectum cessare ingenium putas?



70 **PÆZOPHILUS;**

**P A R.**

Sex annos quidem; sed octo numerare jure  
optimo potes.

**P Æ Z.**

Me ludis, credo: nam cur præter illos sex,  
addantur duo.

**P A R.**

Quia ludis.

**P Æ Z.**

Quia ludo!

**P A R.**

Maximè. Ausculta, precor. Duo sunt annè  
ex quo ludis.

**P Æ Z.**

Fateor.

**P A R.**

Ceteri famuli dant operam dominis diu  
vel noctu, alterutro tempore dormiunt. Ego  
tibi ab annis duobus ex quo diu noctuque lu-  
dis, operam do & noctu & diu. Duplicato  
famulatùs tempore, duplicanda igitur mer-  
ces.

**P Æ Z.**

Cave ne tibi duplicentur verbera, ridicu-  
lum caput.

**P A R.**

Agedum, mercedem pro annis sex integris  
pende integram.

**P Æ Z.**

Age tu: quantum tibi debeo?

**DRAMA - COMICUM. 79**

**P A R.**

Itã computatione facilius nihil. Centum  
libras pepigisti Francicas in annos singulos,  
sex anni sunt, sexcentas planè libras exigo.

**P Æ Z.**

Optimè tu quidem, sed ex summã id omne  
ne detrahendum est, quod surripuisti mihi.

**P A R.**

Ego nihil hercle surripui tibi. Te quidem  
pecuniã emunxerunt sæpe famuli; sed illi  
videlicet famuli picti, hastati, vel malè con-  
dati, Hectores, Parides. . . .

**P Æ Z.**

Accede, numera. . . . Ut exultas!

**P A R.**

Placet iste color. Quinque . . . decem . . .  
nimium properas.

**P Æ Z.**

Nimium moror. Hic sunt nummi centum  
numerati & probati, hos habe.

**P A R.**

Nihilne præterea?

**P Æ Z.**

Nihil.

**P A R.**

Alterum tantum debes.

**P Æ Z.**

In præsentia id unum dabo, ut discas uti.  
Vide hoc tibi ne pereat.

PAR.

Ne metue. *Secedit in angulum.* Numerabo ipse, hâc in re nemini tam credo, quàm mihi.

## SCENA XIV.

CLEOBULUS, PÆZOPHILUS  
PARMENO *in angulo.*

CLEOB.

BELLATOR noster, salve.

PÆZ.

Quam mihi salutem offers?

CLEOB.

Bona verba, amice. Equitum turma jam tua est. Pecuniam numeravit patruus; Neoptolemum vocavit ad prandium; venit; ades tu, & nobiscum affide.

PÆZ.

Non amo prandia, id genus prolixa.

CLEOB.

Qui sæpè ludo noctes dedisti integras, horam patruo & amicis unam non dabis aut alteram? sequere me.

PÆZ.

Quid fiet à prandio?

CLEOB.

Quod videbitur. Propera.

PÆZ.



## SCENA XVI.

PSEUDOLUS, PARMENO.

PSEUD. *in Parmenonis complexum involans.*P ARMENONEM video. He! quomodo  
vales, rerum dulcissime?P A R. *secedens & nummos occultans.*  
Bellè, sed quæso te. . .PSEUD. *insidians Parmenoni.*  
Sic reducem tanto post tempore accipis? Si-  
ne, amabo te, in complexum inolem.P A R. *fugiens insidiantem Pseudolum,*  
He! noli propius accedere.PSEUD.  
Vah! quàm superbus es! mène fugis?P A R.  
Neutiquam.PSEUD.  
Non me nosti, credo. Jam oblitus es mei;P A R.  
Oh! novi te, Pseudolei, cum istâ tuâ vul-  
pinâ facie, novi te.PSEUD.  
Et amas?P A R.  
Admodum.

**P S E U D.**

Patere igitur quod *Marchiones* nostri palam inter se & passim facitiant, patere te complectar & fraternè osculer.

**P A R.**

Dixi jam, & interdixi ne me velis attingere.

**P S E U D.**

Nam cur?

**P A R.**

Trànfi ad sinistram, & latus dexterum attingas cave.

**P S E U D.**

An dolet tibi?

**P A R.**

Ut pera intumuit! vide:

**P S E U D.**

Istud si vis onus excutio tibi, & in me recipio; ita amo te.

**P A R.**

Illud ego retinebo sedulus, ita mihi à te metuo.

**P S E U D.** *insidiari desinit.*

Pecuniâ abundas, amice: tibi gratulor;

**P A R.**

Mihi gaudeo. Unde tu autem?

**P S E U D.**

Ex villâ quò herum adegerat clades aleatoria; sed copias rure supplevimus. Redimus ad



76 PÆZOPHILUS,  
pugnam certi vincere, aut. . .

P A R.

Aut? . .

P S E U D.

Aut fame emori.

P A R.

Dignam aleatore fortem ! ubi autem tuus  
iste Astragalus?

P S E U D.

Stat illic præ foribus, ubi sodalis occurrit  
vetus. Præmisit ille me, ut quærerem num. . .  
Subit.

---

## SCENA XVII.

ASTRAGALUS, PSEUDOLUS,  
P ARMENO,

A S T R.

P ARMENONI seruo servorum lepidissimo  
& pinguissimo fausta sint omnia. Ubi he-  
rus? ubi noster Pæzophilus?

P A R.

Mensæ affedit modè.

A S T R.

Ipsum aiunt ad castra profecturum brevi.

P A R.

Ita creditur.





S C E N A X I X.

PÆZOPHILUS, ASTRAGALUS,  
PSEUDOLUS, PARMENO.

PÆZ. *mantile gestans quasi egressus à prandio  
ad quod brevè rediturus.*

ASTR. *ruens in amplexum Pæzophili;*

PÆZOPHILUM faciant superi beatum:

PÆZ.

Astragalo fausta precor omnia.

ASTR.

E prædiis rusticis me recentem vides, ubi  
me detinuit aliqua res familiaris.

PÆZ.

Mirabar te ab hoc nostro foro abesse tam  
diu. Te chartæ lusoriæ absentem desidera-  
bant; te fritilli languido murmure revoca-  
bant. Nam absente te omnis friget alea.

ASTR.

Te præsentem semper calet. Tu illius tutela;  
præsidium, decus. Tibi primas ultro conce-  
do. Mihi secundas obtinere fat est. Ut obti-  
neam redeo; & me tibi adversarium impa-  
rem, rarò victorem, sæpius victum, hodie  
vincendum offero.

P A R.

Solos nunc hostes vincimus.

PÆZ. *ad Parmenonem.*Tun' audeas obloqui? *Ad Astragalum.* Nondum prandisti?

A S T R.

Quid prandium loqueris? nobis ludere vivere est. Fauces tamen caffæo prælui. Expectat me in illo foro Panoletri proximo lecta sociorum turma. Illuc convolo.

PÆZ.

Non tu morari tantisper potes?

A S T R.

Non possum, &amp; socios, quibus condixi, fortè jam nimium moror.

P A R. *horum extremâ manicæ parte ad se attrahens.*

Here, expectant te convivæ.

PÆZ.

Mantile hoc recipe. *Dat mantile Parmenoni.*  
Petasum cedo & gladium.

P A R.

At. . .

PÆZ.

Affer ocyus . . . *Ad Astragalum.* Præi, Astragale, jam te subsequor, & statim assequor.

A S T R.

Pseudole, sequere. *Pseudolus progreditur.*

DRAMA-COMICUM. 81

*moræ Parmenonem expectaturus, in theatrum  
redit.*

P A R.

En petafus . . . en gladius : : : sed cogi-  
ta. . .

P Æ Z.

Omitte monita, furcifer.

---

S C E N A X X.

P A R M E N O , P S E U D O L U S .

P S E U D .

**N**ON tu te mihi comitem dabis & com-  
bibonem ?

P A R .

Apage te. Nolo pecuniam bene partam  
malè perdere. Illam foenerari volo.

P S E U D .

Illam foenerari vis ?

P A R .

Quàm maximè & quamprimùm.

P S E U D .

Laudo confilium. Si vis, homines dabo  
continuò, quibuscum facias quæstum in ho-  
ras singulas maximum.

P A R .

Ubi sunt ?





# ACTUS III.

## SCENA PRIMA.

CHRYSORIUS, CLEOBULUS.

CHRYS.

QUID esse suspicer, Cleobule, quòd ita se repente convivis & convivio subduxerit Pæzophilus?

CLEOB.

Aliquid fortè gravioris negotii subitò intervênit, nullam quod admitteret moram.

CHRYS.

Ipsi crumena si foret argento gravis, quòd se proripuerit conjectura sit facilis, nec dubia.

CLEOB.

Amico fortasse cuiusdam opera danda continuò fuit.

CHRYS.

Tunc illum rixæ alicujus delectum adiutorem putas?

CLEOB.

Non is est Pæzophilus, qui amicos in re adjuvet malâ; sed is est, qui sponte, sicubi opus est, promptam opem ferat.



## S C E N A I I.

AGRIO, CHRYSORIUS, CLEOBULUS:

A G R I.

**A**N licet, bonâ veniâ. . .

C L E O B.

Adest nobis Agrio, ni fallor.

A G R I.

Salutem illi, tibi, vobis.

C H R Y S.

Ingredere, Agrio, ingredere. Quid affers novi?

A G R I.

Pol! magna nobis advénit calamitas:

C H R Y S.

De illâ nempe calamitate loqueris, quam agris & pascuis intulit diuturna superioris anni siccitas. De illâ nempe loqueris procellâ, quæ nuper terrâ marique incubuit, & magnam Franciæ partem pervagata agris agricolisque perniciem intulit.

A G R I.

De illâ loquor, quæ advecta ex urbe vestrà apud nos refedit. Nam Pæzophili villam ex quo tempore vendidisti? . .

**DRAMA-COMICUM.**

85

**CHRY S.**

Quid ais ?

**CLEOB.**

Quid narrat ?

**AGR.**

Aio nobiscum agi pessimè, postquam villa  
ista in alterius venit manus.

**CHRY S.**

De quâ villâ loqueris ?

**AGR.**

De illâ ad Sequanam positâ quam possedit  
frater tuus, vir. . . Ah! cùm memini, fau-  
ces obstringit dolor, nec possum temperare  
lacrymis, nam fuit ille bonus vir. De illâ  
inquam, villâ, quam tu cum latifundiis ven-  
didisti, commodo, credo equidem, tuo, at  
magno certè nostro omnium malo.

**CHRY S.**

Villam ego nullam cuiquam vendidi,

**AGR.**

Ergo administratorem misisti, omnia quæ  
ageret pro arbitrio, & everteret.

**CHRY S.**

Neque administratorem misi.

**AGR.**

Neque vendidisti, neque misisti. Bene est.  
Illud scire antea nos oportuit. Sed istum præ-  
donem, alienam qui tam protervè invasit do-  
mum, ejiciemus brevi,









etiam prædium vendidisse optimum? quanti  
verò? Scire nil refert, qui quantum quantum  
ex illo accepit pretii, totum id projecit malè.

## S C E N A I V.

CHRYSORIUS, MEGACHRYSUS,  
CLEOBULUS.

M E G.

**A**M B O S salvere jubeo.

C H R Y S.

Salvus sis, Megachryse.

M E G.

Opportunè te, Chrysoi, præsentem ha-  
beo. Est enim in quo consilium exposcam:  
tuum.

C L E O B.

Me fortasse hinc absentem velis?

M E G.

Immo confiste, Cleobule. Pauca te, Chry-  
soi, super illis ædibus, quæ fratris tui fue-  
rant, rogitem sine.

C H R Y S.

Quas loqueris ædes?

M E G.

Illas ædes amplas in proximo stantes fore  
altis porticibus instructas. Stupes? illas annon  
designo fatis?

C H R Y S.

Satis superque. Quid autem de illis interrogas?

M E G.

Nunquid in iis lateat vitii? an malè sint materiatae? an parietes malè coagmentati, aut minùs solido impositi solo? id verò scire interest meâ; neque tu apertè & candidè, id, opinor, dicere abnuas?

C H R Y S.

An tu illas aedes velis conducere?

M E G.

Quin potiùs emere velim, & aliis locare;

C H R Y S.

Pæzophilus illas an decrevit vendere?

M E G.

Non ille quidem. Neque verò bis vendat idem. Sed is venales proponit, qui ab illo nuper emit.

C H R Y S.

Quis ille verò?

M E G.

Qui contiguam illis ipsiis aedibus habet aedificulam; vir toto corporis cultu sordidus, & dives auro, qui . . . qui . . . quomodo appellas? neminem nosti magis.

C L E O B.

Harpagus fortasse?

Hij





SCENA V.

CHRYSORIUS, CLEOBULUS:

CHRYS.

Vix sum apud me. Ita discrucior animo !  
ita me alius ex alio nuncius obruit. Ne-  
que tu de illâ venditione quidquam inaudisti  
prius ?

CLEOB.

Ne vivam, si quid audivi, aut si qua  
oborta suspicio fuit.

CHRYS.

Perfidum, infandum caput ! Quod mihi  
presens utinam detur modo !

CLEOB.

Quò pergis ?

CHRYS.

Quoniam furit ille ; me juvat insanire, &  
illum palam quærere, palam alloqui.

CLEOB.

Quin potiùs expecta, dum ille se referat  
domum : dum tuus residat paululùm dolor,  
& ille tempestivis corrigi monitis queat.

CHRYS.

Quid tempeſtiva loqueris monita ? corrigi  
an etiam poteſt, qui ſe fortunis ipſe ſpoliavit







SCENA VII.

PHILOCLEES, ATYCHES,  
CHRYSORIUS, CLEOBULUS.

CHRYS.

COMPRI ME hos fletus, infelix adolescens;  
meliore dignus sorte.

ATYCHES.

Accede propius. Et accede ad hujus pedes.

CHRYS.

Non patiar.

PHIL. *ad pedes Chrysoarii procidens.*

Te quæso miserescat mei.

CHRYS. *Philocli, ut surgat, manum præbet.*

Quid agis? te'n decet?

ATYCHES.

Illum decet, quod fortuna imperat, & jubet pater.

CHRYS. *iterum Philocli manum præbet.*

Surge, inquam, non genibus sed collo manus admove. Quid vultum dejicis? respice me. Ego te gratiâ & re adjutum volo.

PHIL.

Méne meliora per te sperare liceat?

CHRYS.

Licet, omnino licet.

P H I L.

Per te dabitur majorum premere vestigia & sequi?

C H R Y S.

Dabo : ne dubita. Quid tuâ causâ velim facere, & possim scio. Id faciam, confide.

P H I L.

Jam me ad vitam revocas.

A T Y C H E S.

Jam me non pigeat mori.

C H R Y S.

Vive, Atyches, vive; & spe optimâ plenus ad tuos revertere.

A T Y C H E S.

Per te revocatus ad vitam, domum ad meos redeo. Istum quandonam ad te reduci jubes?

C H R Y S.

Ipsum, donec à me rebus instructum omnibus militia excipiat, apud me domi meæ in oculis meis cupio manere, & si merui, exigo.

A T Y C H E S.

Id cupis, id exigis?

C H R Y S.

Mora non erit longa.

A T Y C H E S.

Stupet animus, hæret lingua, neque quod hic sentit, illa potest eloqui.

DRAMA-COMICUM. 99

CHRYS.

Patrem amplectere, Philocles, & dicit  
vale.

PHIL. *amplectens patrem.*

O pater amantissime, bene vale.

ATYCHES *filium amplectens.*

O fili carissime, bene vive, & bene age. Per  
me factus es miser. Per illum fies beatus.  
Utrum magis amare te deceat vide, & ama  
illum magis.

PHIL.

Est hic, est animus utrique amando par;  
utrique faciam satis.

CHRYS.

Interius subi, Philocles, & quiesce.

PHIL.

Tibi (patrone dicam, an pater) obsequor;

---

SCENA VIII.

CHRYSORIUS, CLEOBULUS.

CHRYS.

QUANTAS familiae clades alea importet,  
vides, Cleobule?

CLEOB.

Video & dolco.



CHRYS.

Ergo & mirari desine, quòd Pæzophilum genere nobilem nemo admittere in familiam velit. Nulla est nimirum tam bene fundata opibus domus, quam non aleator ludendo evertat brevì: hei mihi! alienis hoc exemplis an non didiceram satis; si non & ipse Pæzophilus exemplo docuisset suo? qui rem, qui famam, tam citò perdidit; quem illi fugiunt ipsi ejus ope qui indigent; qui (quod in miseriam reputo miseriarum maximam) qui nemini, etiamsi velit benefacere jam potest.

CLEOB.

Strenuus est, audax pectore, fortis manu. Famam ille bello colliget, & lapsas opes multà compensabit glorià.

CHRYS.

Difficile famam colligit, qui multum jam collegit infamiae. At ecce nobis furcifer servus redit.

## SCENA IX.

CHRYSORIUS, CLEOBULUS,  
PARMENO.

CHRYS.

U N D E tu homo frugi?

P A R. *oculis errantibus, frendens, quasi homo perditus & amens.*

Unde nolim.

C H R Y S.

Ubi herus?

P A R.

Nusquam gentium.

C H R Y S.

Quid ais!

P A R.

Periit.

C L E O B.

Superi! quid narras? an occidit?

P A R.

Non.

C L E O B.

Quid ergo?

P A R.

Periit, inquam.

C H R Y S.

Ambigua pergis eloqui, sceleratum caput

P A R.

Vis me vera loqui & perspicua?

C H R Y S.

Volo, jubeo.

P A R.

Quod minus apertè loquerer increpuitte mane; quod nimis apertè loquar, dolebis modò.

C H R Y S.

Aperta loquere.

C L E O B. *à partè.*

Quàm metuo.

C H R Y S.

Etiam moraris ?

P A R.

Nil moror. Herus & pecuniam ingenti sumptam fœnore, & equitum turmam per te coëmptam sibi alexæ commisit modò, & malè miserè omnia omnino perdidit.

C H R Y S.

Satis est.

P A R.

An satis apertè ?

C L E O B. *ad Chrysoorium.*

Quò te repentè subducis ?

C H R Y S.

Sine me. . .

C L E O B.

Quæso te, clementer age.

C H R Y S.

Clementiam omnem flagitiis evicit suis.

C L E O B.

Paulisper siste, dum iste se frangat impetus.

C H R Y S.

Omitte me. Indignum quod se fuit, id egit: quod me dignum est id agam.







## SCENA XII.

PÆZOPHILUS, PARMENO.

PÆZ. *fores pugnis, pedibusque pulsans totis  
viribus.*

ISTAS ecquis occlufit fores?

P A R. *descendit è cathedrâ.*

Herus est.

PÆZ.

Aperite, ( si quis est intus ), aperite.

P A R. .

Ut vexat limen! occidi.

PÆZ.

Evertam, effringam, eruam.

P A R.

Referabo tacitè . . . ubi latebo? *Vestes  
ocylus colligit, oppositâ corpori cathedrâ in an-  
gulo Theatri delitescit, sursum aliquando prof-  
piciens, cum herus avertitur.*

PÆZ.

Cessit pulsanti janua. En tandem patet. Ne-  
mone est? nemo. Liberè erumpat furor, quem  
corde pressum contineo nimium diu. Discru-  
cior . . . dirumpor . . . furiis agor. Mor-  
det petasum, obviamque in sedem ruens hæret  
*meditans aliquantulum.* Fortuna mendax! sic





P A R.

Parce.

P Æ Z.

Parco, inquam, sed redde.

P A R.

Id parce repetere, quod. . .

P Æ Z.

Pro centum nummis mille post reddam  
tibi.

P A R.

Non possum.

P Æ Z.

Non dabis, furcifer? per superos ego te;  
*Collum servi apprehendit.*

P A R.

Ahy! Ahy! Me strangulas.

P Æ Z.

Vivus dabis, vel mortuus.

P A R.

Neque vivus, neque mortuus possum dare;

P Æ Z.

Nam cur, perjure?

P A R.

Quia perdidit.

P Æ Z.

Quia?

P A R.

Perdidi, inquam.









P A R.

Here, en patruus venit, nescio quid dextrâ  
chartæ præferens ?

C L E O B.

Hei mihi! quid apportat mali!

P Æ Z.

Quò me proripiam hinc miser!

S C E N A X I V.

CHRYSORIUS, PÆZOPHILUS;  
CLEOBULUS, PARMENO.

CHRYS. *Pæzophilum, apprehenso brachio;  
retinens.*

R E S I S T E, Pæzophile, resiste; paucis te  
velo.

C L E O B.

Obsecro te, noli. . .

C H R Y S.

Omitte, Cleobule . . . Quod rogabo, id  
responde mihi, Pæzophile.

P A R. *à parte.*

Rite litem instruit. Primùm interrogat.

C H R Y S.

Villa, prædia ad Sequanam sita, quæ tua  
fuerunt, cujus sunt?

PAR. à parte.

Ouf.

CHRYS.

Siles? Ista domus ampla, quæ tibi in foro  
fuit, cujus in potestatem venit?

PAR. à parte.

Ahy!

CHRYS.

Taces! quam tibi paravi turmam equitum;  
an recensebis brevè?

PAR. à parte.

Ut is recenset omnia!

CHRYS.

Nihil respondes? loqui non potes? legere  
an possis vide. Huc oculos adverte.

CLEOB.

Ecquid scripsisti?

CHRYS.

Alium à Pæzophilo scripsi heredem mihi:  
*Pæzophilus, quasi fulmine iclus, concidit:  
theatrali columnæ innixus oculos modo in pa-  
ruum conjicit, modo in cælum attollit.*

PAR. à parte.

Me'n fortè scripsit?

CLEOB.

Superi! quid audio!

CHRYS.

Illum aleæ deditum, aleã perditum, qui-  
bus possum excludo bonis.







DRAMA-COMICUM. 117

rum potest. Victum vestitumque vivo sufficiam vivus; & moriens quoque illi relinquam, tolerare unde vitam queat.

CLEOB. *egrediens.*

Quicquid meum erit id totum putet suum.  
Nec tuum accipio beneficium, nisi, ut ubi servare poterit, in ejus restituum integrum manus.

PAR. *ad Chrysovium.*

Men' exhæredasti pariter?

CHRYS.

Quid tibi vis, homo nequam?

PAR.

Quos mihi debuit nummos herus omnino sentum, nisi plures velis addere, hos peto.

CHRYS.

Dabo, si debet.

---

---

SCENA XV.

ET ULTIMA.

PARMENO, *solus.*

QUID agam deinde? quod ante cœpi consilium, an illud persequar; & rem destinatam animo ad finem, funemque perducam? Præstat, credo, vivere; neque os istud





---

## FACULTAS R. P. PROVINCIALIS,

**E** Go Josephus-Joachimus de la Grandville, præpositus Provincialis Societatis Jesu in Provinciâ Franciæ, potestate ad id mihi factâ ab admodum Reverendo Patre nostro præposito Generali Francisco Retz, facultatem Concedo ut *P. Caroli Porée, Fabulæ Dramaticæ*, eruditorum ex eâdem Societate nostrâ judicio probatæ, typis excudantur; in ejus rei fidem literas manu meâ subscriptas, & sigillo officii mei munitas dedi Parisiis die duodecimâ Decembris, an. 1748.

Jos. Joach. DE LA GRANDVILLE.

*Soc. Jesu.*

---

## APPROBATIO CENSORIS REGII.

**J**Ussu Illustrissimi Galliarum Cancellarii legi Caroli Porée, è Societate Jesu Fabulas, easque non minus Jucundas, quàm utiles fore propterea existimavi, quòd duplex hujus libelli dos sit, & risum movere, & prudenti vitam Consilio monere, Parisiis die 12. Decembris 1747.

P. GERMAIN.

---

## PRIVILEGE DU ROI.

**L**OUIS, par la grace de Dieu, Roi de France & de Navarre : A nos amés & fcaux Conseillers les Gens tenans nos Cours

X x

de Parlement, Maîtres des Requêtes ordinaires de notre Hôtel, Grand Conseil, Prevôt de Paris, Baillis, Sénéchaux, leurs Lieutenans Civils & autres nos Justiciers qu'il appartiendra, SALUT Notre bien amé le Sieur\*\* Nous a fait exposer qu'il désireroit faire imprimer & donner au Public un Manuscrit qui a pour titre: *Caroli Porée, à Societate Jesu, Opera omnia, Tragediæ, Comediæ, Miscellanea & Epistola, Orationes Academicæ, Orationes sacre.* S'il nous plaisoit lui accorder nos Lettres de Privilège pour ce nécessaires: A CES CAUSES, voulant favorablement traiter ledit Exposant, Nous lui avons permis & permettons par ces Présentes, de faire imprimer ledit Ouvrage ci-dessus spécifié, en un ou plusieurs Volumes, & autant de fois que bon lui semblera, & de le faire vendre & débiter par tout notre Royaume pendant le tems de six années consécutives, à compter du jour de la date desdites Présentes. Faisons défenses à toutes sortes de personnes, de quelque qualité & condition qu'elles soient, d'en introduire d'impression étrangere dans aucun lieu de notre obéissance; comme aussi à tous les Libraires, Imprimeurs, d'imprimer, faire imprimer, vendre, faire vendre, débiter ni contrefaire ledit Ouvrage, ni d'en faire aucuns Extraits, sous quelque prétexte que ce soit, d'augmentation, correction, changemens ou autres, sans la permission expresse, & par écrit dudit Expositant, ou de ceux qui auront droit de lui, à peine de confiscation des Exemplaires contrefaits, & de trois mille livres d'amende contre chacun des contrevenans, dont un tiers à Nous, un tiers à l'Hôtel-Dieu de Paris, & l'autre tiers audit Expositant, & de tous dépens, dommages & intérêts. A la charge que ces Présentes seront enrégistrées tout

au long sur le Registre de la Communauté des Libraires & Imprimeurs de Paris, dans trois mois de la date d'icelles, que l'impression de cet Ouvrage sera faite dans notre Royaume & non ailleurs, en bon papier, & beaux caractères, conformément à la feuille imprimée & attachée pour modèle sous le Contrescel desdites Présentes; que l'Impétrant se conformera en tout aux Réglemens de la Librairie, & notamment à celui du 10 Avril mil sept cent vingt-cinq: & qu'avant que de l'exposer en vente, le Manuscrit qui aura servi de copie à l'impression dudit Ouvrage, sera remis dans le même état où l'Approbation y aura été donné, ès mains de notre très-cher & féal Chevalier le Sieur DAGUESSEAU, Chancelier de France, Commandeur de nos Ordres, & qu'il en sera ensuite remis deux Exemplaires dans notre Bibliothèque publique, un dans celle de notre Château du Louvre, & un dans celle de notre très-cher & féal Chevalier le Sieur DAGUESSEAU, Chancelier de France; le tout à peine de nullité des Présentes: Du contenu desquelles, vous mandons & enjoignons de faire jouir ledit Exposant ou les ayans causes, pleinement & paisiblement, sans souffrir qu'il leur soit fait aucun trouble ou empêchement. Voulons que la copie desdites Présentes, qui sera imprimée tout au long au commencement ou à la fin dudit Ouvrage, soit tenue pour dûement signifiée, & qu'aux Copies collationnées par un de nos Amés & féaux Conseillers & Secretaires, foi soit ajoutée comme à l'Original. Commandons au premier notre Huissier ou Sergent sur ce requis, de faire pour l'exécution d'icelles, tous Actes requis & nécessaires, sans demander autre permission; & nonobstant clameur de Haro, Chartre Normande, & Lettres à ce contraires: CAR tel est

